





4477
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS
IN ACADEMIA LIPSIENSI
CONSENSV

1735, 11.

DISSERTATIONEM
DE
INQVISITIONE
CIRCVMPECTE ET NON
FACILE DECERNENDA

PRAESIDE

DN. ABRAHAMO KAESTNERO,
IVRIVM DOCTORE ET PRACTICO

IN

AVDITORIO ICTORVM PETRINO

DEFENDET

CAROLVS GODOFREDVS IAVCHIVS.

MISEN. MISN.

AB HORA X. VSQVE XII.

L I P S I A E

Die XXI. Septembr. Anno cło 1000 xxxv.

LITERIS GABRIELIS TROGII.



AN DER UNIVERSITÄT
IN SACHSEN-ANHALT
KONFERENZ

DOKUMENTATION

INHALT

VERZEICHNIS

INHALT

PLATEAU

INHALT

VERZEICHNIS

INHALT

PLATEAU

INHALT

PLATEAU

INHALT

VERZEICHNIS

INHALT

VERZEICHNIS





DISSERTATIO
DE
INQUISITIONE
CIRCUMSPECTE ET NON
FACILE DECERNENDA.



§. I.

Uamuis Inquisitio, si delictum, propter quod instituitur, arbitrariam poenam, e. g. carceris, pecuniariam &c. saltem meretur, vel etiam inquisitus plane absolvitur, non infamet; Inficias tamen nemo facile ibit, admodum ignominiosum esse, apud plerisque: *inquisitum vocari*; quam ob causam in praesentiarum quaedam, *de inquisitione circumspete & non adeo facile decernenda*, conicere, animum induxi.

§. II.

Inquisitionem esse *vel* generalem *vel* specialem, tironibus causarum criminalium non potest non esse notissimum; Neutra vero nisi maturo cum iudicio decernenda. Negandum equidem non est, ad *inquisitionem generalem* leuia indicia, modo aliquem colorem habeant, sufficere, quia de leui praeiudicio contra eum, qui deliquisse creditur, agitur, ut scriptum reliquit

quit BOSSIVS, *Tr. causar. crim. tit. de inquisitione n. 6.* Admonet tamen ipse & quos allegat MENOCH. *de praesumpt. lib. 1. praesumpt. 83. n. 10.* ne iudex incaute progrediatur ad hanc generalem inquisitionem: Quoniam inquisitio haec, etsi generalis sit, attamen aliquantulum laedit existimationem eius, qui inquirendus est, et apud graues & probatos viros eius fama bona minuitur; Nihil autem viro honesto, studio bonae famae, est antiquius, iuxta notissimum illud: *vita & fama pari passu ambulant, cum quo concordat P. IV. Const. El. XII. verb. Es haben auch erbare Leute das Leben und die Ehre gleich geachtet, und beschwerlicher denn Leibes-Beschuldigung gehalten, conf. Dissert. de fama, huius amissione et restitutione, sub praesidio Praesidis Lipsiae 1730. à Dn. MEINICK, iam I. V. Licentiaro, habita, Cap. II. §. 1. & 2.* Quatenam vero indicia ad inquisitionem generalem sufficiant, recenset MENOCH. *c. l. n. 12. seqq.*

§. III.

Vnicum ex indiciis, ad generalem inquisitionem sufficientibus, vti communiter putant, adducere libet: *Famam sc. sufficere*, plerique sibi persuasum habent; Hinc saepe iudices, quando aliis indiciis destituuntur, et tamen rationes institutae inquisitionis reddere satagunt, *famam praecessisse*, dicunt. Equidem famam non esse negligendam, non plane nego, modo sit 1) *vehemens*, v. BARTOL. *Const. 91. 2)* factum, in quod iudex inquirat, difficultis probationis. v. CLAR. *in Praes. Crim. qu. 2. §. in. vers. caeterum*, 3) alia adimicula concurrant. v. BRVNEM. *de indiciis et tortura, p. 1. qu. 3. n. 32.* hisce vero requisitis deficientibus, parum famae fidendum: fama etenim plerumque plus mali quam boni nunciat; De quo testatur OVIDIVS *lib. IX. Metamorph.*

*Fama loquax peruenit ad aures
Detraiva tuas; quas veris addere falsa,
Gaudet, et a minimo sua per vestigia crescit.*

Et SENECA, *tragedia IV. fama, inquit, vix vero fauet.* Egregie quoque CVRTIVS, *lib. IX. De vita & gestis Alexandri Magni* refert;

refert: *Alexandrum Magnum* de fama consueuisse haec dicere: *Nunquam ad liquidum fama perducitur, sed falsis mixta omnia illa evadente maiora sunt vero.* Fallacissimum itaque ad inquirendum indicium fama est censenda, & iudex illi credere non debet, nisi de ea aliunde adpareat per testes examinatos. v. *OLDEKOP, Obseru. Crim. VIII. n. 5. p. m. 65.* Circumspecte igitur procedendum omnino, etiam in inquisitione generali decernenda.

§. IV.

Cum vero maius adhuc pariat praeiudicium is contra quem specialis inquisitio peragitur, certe, multo cautius etiam iudex circa hanc procedat, necesse est; Caueat itaque ne cuiuslibet testimonium vt omni exceptione maius consideret, multi enim in hoc mundi fece sunt prouisi ad nocendum, famam aliorum labefactandum vel plane auferendum; Hinc intrepide haud pauci calumniantur, iuxta illud notum: *Calumniare audacter, semper aliquid haeret.* Alii ex animo male fauente, ex intempestiuo sceleris odio, ex simplicitate, aut non noua, sed ingenita quibusdam mentiendi voluntate, quicquid in buccam venit, blaterant; Quid enim homo, (*vtor verbis Iustiniani, Nouell. 12. pr.*) ad malitiam semel deditus non adinueniat? seu, *vti vertit Gregor. Haloander: Quid homo, qui semel declinauit ad malitiam non excogitet?*

§. V.

Haec familiae sedulo animaduertat iudex, antequam inquisitionem decernat; Praeprimis autem de corpore delicti certus esse debet, cum hoc sit de forma essentiali inquisitionis, qua omnia, ipsa inquisitio est ipso iure nulla, et omnia quae sequuntur. v. *CAS, in tract. de torment. Cap. 18. n. 8. ibique citati.* potest enim contingere aliquem magni commissi criminis esse suspectum, propter solam suspicionem tamen iudex nondum inquirere valet, nisi etiam habeat sufficientia ad inquirendum indicia. Quia vero indicia variis modis a *Dd. diuiduntur v. BOCER. Tr. de quaest. & tort. Cap. 3. n. 15. & 16. IVL. CLAR. Lib. V. sentent. §. vlt. quaest. 20. n. 1.* tota haec res prudentis iudicis arbitrio, quale sc. indicium ad inqui-

inquirendum sufficiat, relinquatur, indiciorum enim materia, fatentibus omnibus, est arbitraria. v. CARPZ. *Pr. Crim. qu. 120. n. 2.* Plerumque autem *occaf. Const. Crim. art. 25. & 33. seqq.* vel vt *communia vel vt propria* considerari solent, de quibus *vid. late CARPZ. c. l. n. 10. seq.*

§. VI.

Obiicere quidem aliquis posset, iudici in inquirendo manus ligandas non esse, cum Reipublicae interfit ne delicta maneant impunita, id quod tamen facile fieri posset, si tam circumspicere ipsi agendum esset; hinc etiam CICER. *pro Rosc. Amer.* multos in ciuitate accusatores esse, vtile iudicat, vt metu contineatur audacia; modo fiat abscessis calumniandi occasionibus. v. MACHIAV. *de Republ. L. 1. c. 2. & 8.* VALENT. WINTER. *in Partben. litigios. L. 2. cap. 12.* imo BODINVS necessitatem praemiorum iis constituendorum statuit, *Lib. V. de Republ. p. 539.* proptereaque vsu & consuetudine hodie tam poena talionis, quam inscriptionis solennitas passim in defuetudinem abierunt. *vid. IVL. CLAR. c. l. qu. 12. n. 17.* WESENB. *in Paratit. ff. de accusat. n. 12.* ex ea potissimum ratione, ne metu propriae salutis quis ab accusatione desistat, & sic, vti modo adductum, in Reipublicae perniciem crimina maneant impunita. v. SALYCET *in l. 3. n. 4. C. qui acc. non poss.* DAMHOVD. *in Pr. Cr. Cap. V. n. 5.*

§. VII.

Vera quidem haec omnia sunt; Cum vero errare sit humanum, et iudex nullibi exceptus legatur; aliquando etiam in exercenda iurisdictione affectibus indulgeat, et non modice excedat, vt de tortura casum admodum notabilem refert LVDOVIC. *ad Const. Crim. Art. XX. verbis: Schuldig seyn p. m. 30.* hinc summi Legislatores subditis haud raro prospicere solent, ne iudices contra quemcunque, ex quacunque leuissima causa, et ad leuem leuis hominis suggestionem inquisitiones instituant, coeptamque omnis generis conquisitis fulcimentis & mendicatis suffragiis stabiliri conentur, iustitiae administrationi adhibiti, vt dicitur in *l. 14. C. de Accus. i. l. 6. C. de poen.* ad puluisculum omnia

omnia excutiendo concuriendoque et ad praetextum iniuriae forte, quasi intuitu officii factae, contorquendo, v. CARPZ. L. VI. Resp. 97.

§. VIII.

Diligentissime igitur rei qualitatem discat, probationes requirat luce meridiana clariores, v. l. ult. C. de probat. cuncta mature rimando animaduertat, iuxta monitum Pontificis in c. 13. C. 11. qu. 1. ubi notanter scribit: *Primo semper ante omnia diligenter inquirete, ut cum iustitia et veritate desiniatis; neminem condemnatis ante verum et iustum iudicium, nullum suspicionis arbitrio iudicetis, sed primum probate, et postea charitativam praeferte sententiam, et quod vobis non vultis fieri, alteri nolite facere.* conf. c. 11. XXX. qu. 5. et c. 7. XXXV. qu. 9. Id quod optime etiam animaduertit Potent. Elector Saxoniae, in Ord. Polit. d. A 1612. Tit. Iustitien-Sachen, positis certis requisitis specialis inquisitionis praeambulis, sic fanciendo: *Als lassen wir es auch bey solchen Verordnungen und Unterscheid bewenden, und wollen, daß denselben also nachgegangen, und wieder ehrliche, unbeschuldete Leute ohne vorgehende genugsame indicia und Verdacht zc. nicht also bald mit der Inquisition zu verfahren. Zuförderst aber jedesmahl fleißige Erkundigung de corpore delicti eingezoget, und wenn darauf redliche Anzeigungen und Vermuthungen wider den Beschuldigten verhanden zc.* Quod etiam repetitum legitur, in Resol. Grauan. de An. 53. & 57. Tit. von Iustitien-Sachen. gr. 60.

§. IX.

Facile ex dictis apparet, quam caute iudici procedendum, et quod inquisitio non quando, et prout ipsi visum, sed secundum leges formanda sit omnino, ne alias exceptio ineptitudinis inquisitionis processum inquisitorium reddat nullum. v. FARIN. Pr. Crim. lib. 1. tit. 1. qu. 1. n. 5. haud absque periculo iudicis, quæ solennibus et requisitis processus inquisitorii neglectis, temere, ac sine sufficientibus indicis contra aliquem procedens, id ex privato rancore animoque iniuriandi facere censetur, adeoque iniuriarum actioni contra ipsum locus est. v. l. 32. de iniur. conf. de

de WERNHER. P. I. Obseru. 50. p. m. 64. i. CARPZ. qu. 107.
n. 66. seqq.

§. X.

Denique cum etiam per sententiam e Collegio iuridico decreta est inquisitio, si tamen non adfuerint, legitima indicia, haud raro, debito remedio adhibito, ab alio Collegio prior corrigitur sententia, vti nuperrime in terminis, vt loqui amant, obseruauit; sequens scil. decilum, *Mense Ian. 1732. ad Acta, ad Praetorium Lipsiense, è Scabimatu amplissimo huius loci datum erat:*

Diese Sache ist nunmehr von denen gemeinen Rügen zu separiren, und wider J. M. R. wegen des mit einem Soldaten gepflogenen verdächtigen Umgangs mit der Inquisition zu verfahren: Sie deswegen Articulweise zu befragen, mehrere Zeugen, so viel deren zu haben, vermittelst Eydes abzuhören, auch da nöthig, so wohl dieselben, als die bereits vernommenen, zu confrontiren. Und ergethet sodann ihrer Bestrafung halber, und sonst fernere, was Recht ist. Von Rechts wegen. Urkundlich mit unserm Inseigel besiegelt.

Chur-Fürstl. Sächsische Schöppen
zu Leipzig.

Cum vero per defensorem, apta, quam vidimus atque legitimus, defensio ad Acta relata esset, extractoque Rescripto Regio de Actis ad aliud Collegium iuridicum, ad desuper pronuncian- dum, transmittendis, *inchoata Facultas Iuridica huius loci Mense Martio d. a. sequentem tulit sententiam:*

Unser freundlich Dienst zuvorn,

Ehrenveste, Hoch- und Wohlgelehrte, Hoch- und Wohlweise,
Günstige Herren und gute Freunde,

Als Dieselben Uns, die wider J. M. R. ergangenen Acta und was dieselbe zu ihrer Defension, pro auertenda inquisitione in
Schriften

Schriften übergeben, samt einer Frage zugeschicket, und unsere Rechts-Belehrung darüber gebethen; Demnach erwachten wir nach fleißiger Verles- und Erwägung darauf in Rechten gegründet und zu erkennen seyn: Daß gedachte R. gestalteten Sachen nach, und in Mangelung mehrern und stärkeren Verdachts, mit der Inquisition zu verschonen, jedoch nichts desto weniger zu Abstattung derer Unkosten so viel sie derselben verursachet, anzuhalten. Die fol. 10. liquidirten Gerichts-Expensen, sind auf 3. thlr. 16. gr. zu mäßigen.

V. R. W.


Ordinarius, Senior und andere Doctores der
Juristen-Facultät in der Vniuersität Leipzig.

Rationes decidendi:

Die weil Susanna S. und ihre Tochter S. M. die doch die Ueberbrinnen von dieser Sache seyn, Johannem M. R. fol. 2. b. und 6. etwas Ungebührliches nachzusagen, oder bezumessen nicht vermocht, die Defensional- Zeugen M. R. auch ihr ein gutes Zeugniß ihres Lebens und Wandels halben, ad art. 13. 14. und 15. fol. 30. b. seqq. giebet; welcher der Gassen-Meister J. N. B. und Beyfizer, J. G. J. fol. 56. seq. beygetreten, so wohl ihr eigener Ehe-Mann J. S. R. sie in keinen üblen Verdacht hält, vielmehr, daß sie mit einer gewissen Leibes-Beschwerung behaftet, und ihr solches Verbrechen nicht zutrauet, ad art. 13. fol. 31. eydlichen aussaget. So ist, wie in dem Urtheil enthalten, von uns billig erkannt.

Longius excurrere, instituti ratio non patitur, plura vero penes Auctores, in praecedentibus citatos, L. B. facili negotio inuenire, et caute omnino hic procedendum esse, mecum consentire poterit.

COROL-



COROLLARIA.

I.

Varie quidem inquisitionem diuidunt, v. FARINAC. *Lib. 1. tit. 2. qu. 1. n. 4.* in schola et foro tamen illa diuisio, quod alia sit inquisitio *generalis*, alia *specialis*; sola fere obtinuit; Quae etiam cum BALDI distinctione in *l. eo quidem 7. C. de accusat.* conuenit, qui recte distinguit inter inquisitionem eam, *quae est facti*, et eam *quae est iuris*; facti ea est, quae ad informationem iudicis instituitur super facto, *i. e.* comisso delicto: iuris est, quae ad punitionem delicti tendit; Per *illam* enim inquisitionem generalem, per *hanc* vero specialem intelligit. In rei veritate autem est *vna* tantum, *non duplex inquisitio*, quae duabus constat partibus, *generali et speciali*. Generalissimam autem inquisitionem, quam quidam adducunt, cum *partim* circa descriptionem illius non conueniant, *partim* etiam quae ad huius illustrationem proferunt exempla, non quadrent, cum BRVNNEM. *Proc. inquisit. c. 2. n. 16.* non agnoscimus.

II.


Vulgaris illa Criminalistarum regula: *inquisitionem specialem non valere, nisi praecesserit generalis*, merito non attenditur eo casu, *vbi aliquis in flagranti crimine deprehenditur*; hic enim iudex sine dubio statim recte firmat inquisitionem specialem. v. CARPZ. *Qu. 108. n. vlt.*

III.

Si inquisitio aduersus Nobiles aut honestioris conditionis homines formanda, maiora requiruntur indicia, quam quae homines leues & male famae grauare queunt. v. FARINAC. *Pr. Cr. Lib. 1. tit. 1. qu. 1. n. 49.*

IV.

Testi iniurato non credendum, constat ex *l. 9. C. de test.* etiam si sit clericus, *vid. praetid. ap. HAHN. AD WESEMB. tit. de testib. n. 5.* CARPZ. *P. 1. C. 16. def. 69.* id quod tamen in inquisitione generali tam stricte non procedit, vbi etiam testibus non iuratis fides habetur. v. CARPZ. *Pr. Cr. Qu. 108. n. 65.*



Leipzig, Diss., 1735 A-Q

ULB Halle

3

004 758 757




Sb.

f

1078







1777
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS
IN ACADEMIA LIPSIENSI
CONSENSV

1735, 17

DISSERTATIONEM
DE
INQUISITIONE
CIRCUMSPECTE ET NON
FACILE DECERNENDA

PRAESIDE
DN. ABRAHAMO KAESTNERO,
IVRIVM DOCTORE ET PRACTICO
IN
AVDITORIO ICTORVM PETRINO
DEFENDET
CAROLVS GODOFREDVS IAVCHIVS.
MISEN. MISN.
AB HORA X. VSQVE XII.

L I P S I A E
Die XXI. Septembr. Anno clō lccc xxxv.

LITERIS GABRIELIS TROGII.